

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

**Sánchez, Francisco
Schoppe, Caspar
Perizonius, Jacobus
Franequera, 1687**

De verbis copia, & inopia

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

1. bura verbo curabis reddere fidus Interpret. Ubi
 2. subauditur pro: dicit enim Cicero, Verbum
 3. pro verbo reddere.]

De verbis copia, & inopia.

IN verbis copiae, & inopiae, causa cernitur ^{A, vel} velut efficiens, ideo deest à, vel de. ^{De.}
 Caesar 3 Civil. Haec à custodibus classum loca
 maxime vacabant. Cicero 5. Attic. Locus à frum-
 mento copiosus: idem pro Flacc. Usque eo orba fuit
 ab optimatibus illa concio: idem pro domo; A
 magistratibus nuda Resp. ibid. Ab amicis inops:
 idem in Officiis; Adhibenda est vacuitas ab an-
 goribus: idem pro Deiot. Sed tamen quicquid à
 bello Populi Ro. vacabat. Livius; Ne quando à me-
 tu, ac periculis vacarent. Virgil. Culice; Viduus à
 lumine Phœbi Sallust. Catil. Omnes qui de reb. du-
 biis consultant, ab odio, amicitia, ira, misericordia
 vacuus esse decet. Cic. De quibus volumina impleta
 sunt: idem; De nugis referti libri Martial. Hos
 nisi de sterva loculos implere moneta, Non decet. Di-
 citur; Sanguis manat à vulnere, vel de vulnere.
 Itaque, Egeo pecuniis, est, Egeo egestatem à
 pecuniis, hoc est, à parte pecuniarum. Te-
 nus subauditur in, Fine inguinum intrare in
 mare. Hac fine ames, tanquam osurus. Vide
 Finis.]

De variis aliis prepositionibus.

QUUM Modum significamus, varias ^{Cum, in,} prepositiones aut apponimus, aut in- ^{de, ex.}
 telligimus; ut, lento gradu; longa veste;
 hac lege, ordine: vel, cum lento gradu; cum longa
 veste; sub hac lege, & conditione; ex ordine, vel
 K k in